

CONR. GESNERI
MEDICI TIGVRINI
HISTORIÆ ANIMALIVM
LIBER PRIMVS

De Quadrupedibus viuiparis.

*Opus Philosophis, Medicis, Grammaticis, Philologis, Poëtis, & omnibus re-
rum linguarumque variarum studiosis, vtilissimum simul
iucundissimumque futurum.*

Editio secunda nouis iconibus nec non obseruationibus non paucis auctior,
atque etiam multis in locis emendatior.

AD LECTOREM.

*Habebit in hoc Volumine, optime Lector, non solum simplicem animalium historiam, sed etiam veluti commentarios
copiosos, & castigaciones plurimas in veterum ac recentiorum de animalibus scripta, que videre hactenus nobis licuit omnino:
precipue vero in Aristoteli, Plinio, Ailiani, Hippocrati, aut boum rei rusticæ, Alberti Magni, &c. de animalium institutione. Tuum
erit, Candide Lector, diligentissimum & thorosissimum Opus, quod non minori tempore quam quidem de Philosophiâ scribitur
tantum, conceptum efformatumque nobis, diuino auxilio non tandem in lucem addimus, non modo homini consulare, sed etiam
tantis conatiuis (ut alterum quoque Tomum citius & alacris assidue) ex animo sature ac bene precari: & Deum Deo
bonorum omnium auctori seruatorique, qui tot tantisque, res ad Finem perueniat, & variis hominum usus creauit, ac uolu-
ea contemplare uitaui, ualorem, etiam & ingenium donauit, gratias agere maximum.*



FRANCOFVRTI
In Bibliopolio HENRICI LAURENTII,

ANNO SECVLARI CIO IOC XX.

medici ad me literis: Ex magnifico quodam viro, qui olim legatione ad regem Sueciz functus est, & Moscuita quodam, de Rangifero hæc cognoui: animal esse gemino cornu, ceruini instar, sed magis ratioso, (ramis intelligi morones: ramum proprie dicitur: nam ramus ipsos rarioses quam ceruus habet,) ramis intortum conuersis, maioribus, candidioribus, fragilibus & cauernosis in rupibus Lapporum degere: non feræ, sed placidæ naturæ: moliter triginta aut amplius miliaria vno die conficere: pabulum cum coeui non opus esse, quod sub nocte quærat radices quibus vescatur: & maior ex parte musco piceastris (quam Forben Germani dicunt) vitatur. Vngulam bifurcam habere, acutam & validam ac si ferrea esset: ideoque in glacie velocissimum esse: libere ad passum dimitti ac facillime reduci, Moschoita addebatur in magnis campis circiter ceruorum aut videntes greges integros Rangiferorum reperiri: gramine saltem vtere, eandemque rationem ipsis vitendi aduerturam exponere, cuius vi illustri Sigismundus Libet Baro in *Herbiferis* meminit in Commentarij Moschoiticae termin. Pellis eius offendebat vndique albam, nisi quod parum in dorso glauca erat. In oppido Bictz ecclesiastes quidam idemque medicus, narrauit mihi in Massoula Rangiferos ad quadraginta tantum adhuc superesse: eosque ita curare, vt inter alia armenta pascerent. Hæc ille. Sicut qui Ceruo minorem esse dicunt Rangiferum, & Afclo confertant: vehiculi quod trahit fundum triangulum & catinatum fabricati solere, vt ita commodius sit ad sulcandum iter: non ferre colorem: in Bohemiam adductum viuere non potuisse. Lappum qui adduxerat sub fine Decembris natiuum quem fe maiorem cæli caliditate vim sensisse testatur. Cornua huius quadrupedis Bernæ in curia vitatur: nos etiam Augustæ in ædibus amplissimi viri Ge. Fuggeri vidimus. Kurlus D. Antonius Schnebergerus de eodem animante in altera epistola sic ad me scribit: Colorem aleis habet, pedes aliquantulum albicant, circa podicem inter maculam albam habet, sicut etiam circa ventrem. Pedem rotundiotem quam ceruus habet, magisque siue alium diuisumque interdum vigule vna pars in faxo fixa eminet, altera in plano siue tetra: eoque in superioribus parte vnaque vbi diuisi incipit membrana interposita, quo facilius ab iniuicem absque incommoditate distentur: Est autem bisida. Animal est calosis impatientissimum: Rex Sueciz habebat decem, quibus præferebat Lappum, quo istos temper in montes vbi frigidior aua, educebat, sed ramen durare nequiverunt. Interdum gregatim in Sueciam et Laponia veniunt, vbi admodum à Lupis instantur, quibus in ordinem reduci cornua dampnant, si que se defendunt, aliis maximum damnum accipiunt. Animal quidem ferum sed tamen facile mansuetum: interdum quasi auxilium ab homine petere videtur. Oï hæud dissimile vacca habet, sed tenuius, magis gemitum non superat ceruus. Cornua mihi non minora quam ceruus habere (vt Cardan. scribit) viderit sed potius latorra & tenuiora. Lappi omnes suas vestes ex pelle tangiferi conficiunt, que præ cæteris calida est. Piles eorum vertunt, cornu vero elegantè parant. Eundem gressum perpetuo ferunt, siue locus montosus siue planus sit, ac versus quoscunque plerumque cum mane direxerit, tota die ad illam ibit etiam si aliquando propterea morietur aut flumen circumuehendum sit.

DE RHINOCEROTE.

Pictura hæc Alberti Doreri est: qualisissimus ille pictor (cuius etiam libri de pictura extant) Rhinocerotem Emmanueli Lusitanæ regi anno salutis 1515. à Cambasia India regæque Physionam aliam, popule re expressit. Rhinocerotem id est rhinoceros, aut, vt pictura vidimus imaginem, referentem ex hoc genere animal, quod per nos tempora Lusitanæ regis ex India allatum est, Aug. Justinianni bene ipsam induit, quam hic datus imaginem intelligens.

RHINOCEROS elephanto similis est, cornu in nate habet vnde nomen, Dion. Eminent enim ei vnicum de summo naso cornu, vt in progressu pluribus dicemus. Quamuis autem & alia quedam singula animalia cornibus conspiciantur, vt oryx, onager siue affinus Indicus: cæteris tamen à rhinoceros, huius vni à nobis præminet. Et cum vocemur maximis hic sit, rhinocerotis, id est vnicornis nomen, apud recentiores præsertim & imperitos, per excellentiam aliquando fortuitum. Etenim reprehendi non potest, qui pro rhinocero vnicornem dixerit, vt qui speciei nomen generis tribuit: quâquam id aliquando ignorantie signum est, aliquando errandi causa alijs: omnino tamen reprehendendus est, qui pro monocero rhinocerotem dixerit: siue monocerotem vt genus accipias, quod fies quidem potest, vñtatum tamen non est: siue certam animantis speciem, quam in monocero descripsimus. Quoslibet erant & alij multi recentiores, Idorus, Albertus, & eos secuti, & nostro seculo eruditi quidam medici, Cardanus & alij: qui & nomina confundunt, & medicas vires rhinocerotis cori non ascribunt, quo monocerotis siue affini Indici propriæ sunt. Vide plura supra in Monocero A. Pausanias in Bæoticis, tantos esse scribit in Aethiopia, qui rhinoceros vocentur, à naso cornuto. In Eliacis quoque de elephanto scribens, tantos Aethiopes in naso cornu habere testatur. Quamobrem non probo Angeli Politiani iudicium qui vt Dominum reprehendebat rhinoceros esse, à Phinij ac Actiani turis Aethiopicis diuersos, contra Politianum in bobus fies ostendebat Elephanthes nascuntur, vt sphericas scribit, apud Hæc rios Aethiopes & qui rhizes (si fies) vocantur, forma vni, vñtatum huius rhinoceros videtur. Rhinocerotem quidam esse alius bouem Aegyptium, (lego, Aethiopicum) Peltus Indorum lingua hoc animal sancta benamet vocat. **DM** reem, vocè Hebraicam in Biblijs interpretat alius vnicornis calidus rhinoceroe transferunt. Apud Munsteri etiam rimma legitur, in Lexico trilinguo, Chaldæico. Idem **DM** karas vel karah, (que vox in Biblijs non reperitur: alius autè ad carazoni, hoc est monocerotem, vt Aelianus appellat) vnicornem interpretatur. Quod si voces reem vel rimna & karas coniunxeris, vox fiet similis Græcæ rhinoceros, vt suspicemur vel Græcos Hebraicas voces duas composuisse, vel Hebræos Græcum vnam in duas fecisse. Sed de Hebraicis illis vocabulis plura leges supra in Monocero A. vbi etiam consicere mediâ vnicornis eorū monocerotem potius quàm rhinocerotem significari: res tamen in medio reliquit. Alius Indicus vngulâ vnam & solidâ habet, cornu quoque vñtatum à quibusdam vocant rhinoceros siue vnicornis: sed potius est animal quod quidam Arabice vocant archa, & est rhinoceros, cornu in nate vnicornis, vngula sicut bouis bifurca, & habet duo chahab in pedibus sicut cætera bifurca, Albertus de animalibus 2. 1. 3. Et rufus lib. 11. Affinis Indicus, inquit,



inquit, habet unicum cornu: & animal quoddam veterum archos, quasi principem, vocauerunt: nos vnicor-
nem Latine, rhinoceros Græcis vocamus. Plures totius animalis est, & solidum ferit certissimum quod pedes de-
cem, ut ipse mensuravi, longitudine excedit & diameter eius in radice sesquialtrum, (scilicet quadrantes intel-
ligo,) superabat. Hæc ille. In ephe autem facit, primam quoddam asinum Indicum ex Aristotele scribens sesquipedem
esse, mox rhinocerotem animal bisulcum interpretatur: deinde, quod rhinocerotem & vnicornem confundit:
tertio, quoddam archa vel archos Arabicum nomen faciens libro secundo, (corruptum forte à voce karis,) duode-
cimo principem interpretatur ac si Græca esset. Sed & proceritas illa cornu, decem pedes excedens, rhinoceroti
puto non consentit, sed monocerotu cartazono: nam Oppianus rhinocerotis cornu paruum (hoc est breue,
Gillius quoque paruum transferri) esse scribit: *ἄλλοτε δὲ τὸν ἀσθὴν ἵππε' ἄρτιμον ἔλεγε ἄρην, ἀρην ἵππε' ἄρην ἄρην.*
Quod si quis verbum *ἄρην* non ad cornu quantitate, sed ad loci distantiam referat, hoc sensu: paulo supra ex-
tremum nasum crudele & acutissimum cornu oritur: nos tamen ex ipsa pictura quam ad vitum dedimus, pro-
portione, cornu breue esse convincemus: nam cum supra nates incipiat, & multo infra aures desinat, longitudo
70 esse non potest. Aristotelem nusquam huius animalis meminisse miror, quod si ipsi notum fuisset, omnino hi-
storiam eius orygi & asino Indico iungere debebat, ubi vnicornium naturam contemplantur lib. 1. cap. 1. de par-
tibus animalium.

B.

Rhinoceros non multo oryge maior est, Oppianus. Elephanto patrem longitudine Plinius facit: alij vel patrem vel paulo longiorem, humiliorem tamen, & breuioribus cruribus. Elephantis longitudine prope par est, breuior cruribus, Plin. & Solinus. Aelianus pugnae quidem ipsum aduersus elephantaem scribit, fiducia cornu sui: cetera non ei paria. cum elephanto: nam hic (inquit) & procerissimus est, & fortissimus. Sed Strabonis ex libro 16. descriptioem recitabo. Hæc regio, (inquit, Indis puto contermina) rhinoceroses feti, qui (vt Artemidorus ait) longitudine parum ab elephantis exceduntur, quod Alexandria vidisse affirmat se, ferè etiam quantum ad altitudinem. (Græcè sic legitur in vulgatis codicibus: Οὐδὲν ἄλλο τὸν ἄρτιον ἢ ἐν ἰνδῶν ἀνατολῆς ἢ ἐν ἰνδῶν ἀνατολῆς ἀφ' ἑσπερίων ἰνδῶν, ἀλλὰ τὸν ἄρτιον ἢ ἐν ἰνδῶν ἀνατολῆς ἢ ἐν ἰνδῶν ἀνατολῆς ἀφ' ἑσπερίων ἰνδῶν, &c.) Eius autem quem nos vidimus color, non buxo, sed elephanti similis erat: magnitudo vero tauri, forma apro proxima, præsertim quantum ad rictum, præter nasam, qui cornu quoddam est recuruum, (ταύρος) omni ossè durius, eo præ atnis vitatur, quemadmodum aper dentibus. Habet etiam duo singula (ῥόγες) tanquam diaconsum volumina, à dorso vsque ad ventrem circumciantia, alterum iuban (λόφος) versus, alterum ad lumbum. Nos hæc de eo dicimus, quia nobis visus est, Hæc Strabo. Color ei buxeus, Plinius, Diodorus, & Solinus. Eius frons leuiter tusa est, & dorsum maculis purpureis distinguitur, Gillius ex Oppiano, cuius hæc verba, Ἡ φρονὶς τῶν ῥινόκερων τῶν ἐν ἰνδῶν ἀνατολῆς καὶ ἐν ἰνδῶν ἀνατολῆς ἀφ' ἑσπερίων ἰνδῶν, &c. veterem, Frons pulcherrima pilis, itemque dorsum, sinu spectantur colore, quem crebra puncta leuiter purpurei coloris distinguunt: quanquam illud ἥλιος, id est, leuitat, ad vtrum potius colorem referat, ex verborum constructione manifestum non est: Eius enim ea existit firmitate, vt ægrè iaculo penetrari queat, Aelianus. Idem testatur qui nostro seculo belluam in Lusitania viderunt pellem cuius habere prædensiam aiunt, cum cruris in quibusdam inquamati compactam, colore & figura testam referre testudinis. Plinius buxeum colorum, alij macinum, vel qualis in buxi cortice est, et attribuit. In ludis Pompei Magni exhibitus est rhinoceros, vnius in nate cornu, qualis sepe vnius, Plinius. In naribus cornu vnicum & repandum (id est, modicè reflexum,) solius. Breue id esse, superius in A. docui. Acutum est enis instar, & adè validum, vt quicquid impetierat ventiles aut perforat, & verum etiam & saxa transgat, Oppianus, Aelianus. Simum est forma, duramque instar feti, Diodorus Siculus. Terullianus in libro aduersus Praxeam tertio verba illa enarrans de vetere instrumento, Deuteronomij 32. Tauri decor eius: cornu vnicornis (scem, rhinocerotis Muntlerii) cornu eius in eis nationes ventiliat ad summum vsque ricta: Non vtrique, inquit, rhinoceros desinabatur vnicornis, nec Minotaurus bicornis, & que sequuntur. Non placet Eucherius, qui rhinoceros terribilem satam gemio in naribus cornu vnicum existat. Quamquam vniu gemio in hac animante cornu spectentur, vnum in nate, vt diximus, quod grandius alterum superius, paruum admodum, & inutile, cum eo vti bellum non possit, vt in pictura apparet: quare vix cornu etiam nominatur: vt non sit reprehendendus, qui ab altero mediocriter magno & vtili vnicornem hunc belluam esse dixerit. Rhinocerosi in summo naso cornu singulare est, & aliud ipsam ipsum, non magnum, (aliqui hæc citantes de suo addunt, sed validissimum: nam Græci codices non habent) in capite solium vnicum, Pausanias in Eroticis, Hos Martialis versus lib. 1. Nanc; grauem cornu gemino sic erullit vrsam, iactat vt impositus tauris in alia pilis, Domitius ita enarrat. Gemino (inquit) cornu, forti & vehementi. Vergilius, Gemino dentralia dorsiferi quoniam rhinoceros habet duo cornua, vt apud Pausaniam solum legi. Tazat hæc interpretationem Politaris, que mihi sanè proba videtur, & picturæ, quam desimus, constantem: & Pausaniz autoritate nititur ipse Politianus aliam coactam, & ineptam, vt ego iudico, asserit. Vrsam (inquit) videlicet rhinoceros cornu illo vnicu elatum, rictatumque, sentit grauem gemino cornu, hoc est grauem tauro futurum, cui sunt cornua gemina. Conuenebant sanè gemina huic bellus cornus, cum bifurcum sit. Solipeda enim omnia cornibus carent præter aliuud Indicum, qui vnicum tantum gerit, Aristotele teste. Itaque Eucherium dicemus, non in numero errasse, sed in loco, quod in naribus vtrunque haberi scribat.

C.

Coitus avertus elephantis, camels, rhinoceros, leoni, &c. quibus averta genitalia, Plinius & Solinus. Sexus discernimen rhinoceroses dō habent, sed omnes eius generis mares apparent, feminæ nunquam, neque constat de generatione ipsorum, Oppianus.

D.

Contraelephantum pugnaturus cornu sauis exciuit: & limati mox eo cuspidato elephanti circa toto rictu subsistent, alium perit, quam licet esse molliorem & ius rictibus peruiam, eamque discepit, Plinius, Solinus, Aelianus, & Diodorus Sic. Vincitur & sanguine suo exanguis procumbit elephas pugna eis pro passionibus, quibus tuendis multi mori dicuntur. Quod si ventrem non præoccuparit rhinoceros, sed in aliam elephanti partem abierit, proboscide feritur ac dentibus lanatur: quorum vis vnicum si nullum illius curam & vel iaculo difficilem penetrat, Aelianus. Veram hæc inest hæc bellus discordiam esse, compertum est etiam Plynæone, cum elephas rhinocerotem illum, cuius hæc pictura est, productum fugit, vt necatores testantur, qui etiam ingenia callidus, alacre, velox & agilis hoc animal esse aiunt.

E.

Igdonus author est, quosdam qui de animalibus scripserunt (quorum nomina exprimit) non alio modo capi rhinocerotem asserere, quam puella virgine proposita, &c. vt in Monocrote E. retuli. Sed ille hoc animal cum monocrote confundit vt alij etiam ex recentioribus, qui rhinocerosi cornu de media fronte prominere, captumque cum præ indignatione & furore mori salissimè scribunt. Monocroti enim illa omnia, non rhinocerosi, attribuantur à Græcis authoribus, quamquam illis etiam recentibus. Sub Gordiano Roma monocrotum vnum fuisse Iulius Capitolinus scripsit.

G.

Recentiores quidam tum medicum alij, rhinocerotis cornu ad medicamenta non rectè requirunt: decepti vnum

nimiram ab Tūdor, Alberto, ac similibus, rhinocerotem cum monocerotis confundunt, vt dixi in A. Veterum quidem nemo ex rhinocerotis quicquam inter remedia posuit: monocerotis vero vel asini onagriue Indici cornu, contra venena & alios quosdam affectus miram habere facultatem Graeci recentiores prodiderunt, vt in Monocerotis docui.

H.

a. Rhinoceros Graecis duobus modis inflectitur, crescentibus obliquis, *ῥινοκερας*, *ῥινοκερα*. Atticē vero non crescentibus. *ῥινοκερα*; sic Paulianus, *ῥινοκερα*; sic Paulianus, *ῥινοκερα*; sic Paulianus, *ῥινοκερα*; sic Paulianus, *ῥινοκερα*. Mis. Iacel Hierusomem Germanicum et finxit *ῥινοκερα*, hoc est victor vel dominus elephantis. Vt dicitur etiam pro genere vasis oleum guttatim fundente lauantibus se in balneo. Martialis lib. 14. de gutto corneae Gestauit modo fronte me iuuenens, Verum rhinocerotā me putabas. Et mox ibidem sub Rhinocerotis inscriptione, inter vasa: Nuper in Aufonia domini spectatus arena Hic erit ille tibi, cui pila taurus erat. Iuuenalis Sat. 14. Exitus hic est Tongill, magno cum rhinocerotē lauari Qui solet. Apparet sanē vasi nomen à figura impositum, à qua Lucilius etiam in Satyris rhinocerotem vocauit hominem cui dentes prominebant, sursum scilicet vt apud Branci (aliis Bronci, vide in Cane celete) sunt productio ore dentibus prominentibus, Bruncus (bruncus) nonit lanius dente aduerso (Hermolaeus vocem, aduerso, reliquit) eminulo, hic rhinoceros, Lucilius apud Nonium, Saur qui rhinocerotis nomine in Aethiopia proprii generis aues intelligant, Caellus ex Hefichio & Varino. Rhinocerotia cornua grammatici quidam dixere nescio quo autore facti.

b. In Rhaptis emporio iuxta mare rubrum, plurimum est ebor, item rhinoceros. Arianus in Periplo. Intellegit autem forte cornu tantum rhinocerotis nomine, vt & elephantem pro eboris Graeci dicunt per synecdochen. Dic mihi quis superis sint acceptissima donat Principium nasi rhinocerotis amat, Aenigma francisci Nigri nostri. Heliogabalus rhinocerotem Romae habuit, Lampridius.

c. Rhinocerotem Pompeius Magnus in spectaculis Romae primus ostendit, Plinius, Solinus, Seneca. Aequi Dion historicus, Augustus de Cleopatra triumphante, hippopotamum & rhinocerotem primum visos e come scribit, Caellus, Edita munera in quibus tigides & rhinoceros, &c. exhibuit, Capitolinus in Antonino Pio. Rhinoceros apud Martialem lib. 1. in spectaculis Domitiani Caesaris exhibitus, taurum cornu suo in aëra sublimem reiecit, & totus etiam vsuum. O quam terribilis exarsit pronus in iram, Quantum erat cornu, cui pila taurus erat. Hunc locum exposui in Tauro H. e. Lycion (succum medicatum) Indi in vtribus camelorum aut rhinocerotum mittunt, Plinius.

h. Nasutos homines & qui docē nouerint allos irridere, Martialis libro 1. rhinocerotis nasum habere dicit, his versibus: Maiores natusum rhinocerotis, iuuenesque senesque. Et pueri nasum rhinocerotis habent. Nasum enim per se quoque scibdox irrisioni dicitur est: sed hanc partem rhinoceros & maximum habet, & cornu repando insignem, quare ab eo potius quā villo alio animali, ad procerbialem hunc sensum assumpta est. Naso suspendis aduico, Horatius in Serm. Rides ait & nimis vncis Naribus indulges, Persius.

Rhinoceros phalos ceruicem habet equinam cum vniuerso corpore: flammis ore eructat, quibus homines percunt, Physiologus auctor obscurus. Certe compositio ipsa vocaboli perabsurda est, quasi nasus pro capite vili sit animalium: ego hoc animal simile aethori qui de eo prodidit esse puto, hoc est omnibus obscurum & ignotum, quod in rerum natura non extet.

DE SCIVRO.



A.

SCIVRVS Graecum nomen est animalculo datum à cauda, qua supra dorsum reflecta se tegit & imbrat, ita vt quam sub dio est cauda illi pro tecto sit, vt pedes hominibus illis quos sciapodes fabulose nominant. Graeci veteres nusquam eius meminerunt, sed primus quod sciam Oppianus qui Antiochii Caesaris tempore vixit, sciurum nominauit. Latini nomen non habent, sed Graeco viuunt, à quo aliarum etiam gentium aliquot deducta sunt nomina, quae quaedam admodum detorta sunt, vt originem vix agnoscas. Gallicum est *escureau* vel *escureau* (solent enim & alia Latine quibusdam e litteris praepone, vt elperit pro spiritus, Germanicum à Gallico factum, *eychorn*, vel *eichorn*; alia *eychorn*, *eychorn*, *eychorn*, ac si hermelinum; id est musulam quercum vel arborum dicent: nos masculino genere proferimus, alii qui neutro *est eychorn*. Anglicum, *scuyrell*. Italicum *schicuiolo*. Sciuri in multum genere, schistati vulgo dicti, Massarij Venetis. Hispanicum, *horda* vel *esquilo*: aliqui non rectè comadicia interpretantur, quae vox proprie mollem significat. Illyricum *wevorka*: Poloni quidam sciurum proferimus, quae vox apparet sciuram ab eis sub variorum nomine comprehendi. Varios enim (id est Ponticos mures, vt ego interpreto) Germanicè etiam *wevorka* nonnulli appellant, alij *wevorka* aut *wevorka* quibus nominibus, quasi compositum videtur *wevorka*. Recentiores quidam qui Latine ineptius scripserunt, pisolum & spitiolum (fortè quasi splurum pro sciuro) vocitant.